



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony  
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.  
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]  
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

**Nicolaus <de Plove>**

**Argentine, 22. XI. 1494 - 1495**

De sancto Mathia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31214**

si nec impatiētia nec fraude aliqua ad illud  
quod desideras velis inuicem animū prelati  
cui inclinare Sed cumulus est etiā fugere  
ea et oblata respicere in quibus voluntate tu-  
am senseris oblectare. **Tertio** exal-  
tamur per passionē. cum nos quibusdā exercitijs  
passiōi equivalētibz strenue exercemur. Nam  
cum per priorū meritorū exercitiā sancti homines  
ad premeditationis gratiā admittunt. tūc ab  
omni specie terrene solatiōis se elongāt. ut  
bonis celestibus habundanti perfruant. Qui-  
bus utcumque gustatis. cum more suo se sub-  
traherent fit amaritudo amarissima impa-  
tienti desideres et languere incipiunt et be-  
mētē. Tūc em̄ ad carnales delectatiōes re-  
dire libeat nec liceat. ambobz carētes et tan-  
quā inter celū et terrā suspēsi amarissime cru-  
ciantur. Et tales cruciatū equivalēt passiōi  
De hac passione dicit **Job. vii.** Suspēdi-  
um elegit anima mea. et mortis ossa mea. Quod  
exponēs **Breg. di.** Quid per animā nisi mē-  
tis intentio. quid per ossa nisi carnis forti-  
tudo designat. Dicit autē quod suspendit. pro  
culdubio ab imis eleuat. Anima vero suspē-  
dium elegit ut ossa moriantur. Quia dum men-  
tis intentio ad alta se subleuat omnē in se car-  
nis fortitudinē necat. Sancti em̄ viri cer-  
tissime sciunt quod hōre requiē in hac vita ne-  
quaquam possunt. Et idcirco desideria deserētes ad al-  
ta animā tollūt. Suspēsi autē ossibus suis  
mortē inferūt. quod amore supne patrie virtu-  
tū in dijs accincti quod prius fortes in mūdo  
fuerāt suspēsi occidunt. De hoc martyrio  
etiā dicit **Breg. di.** Tūc gratia premeditationis  
non subuenit fit obsecratū celū eneus et terra  
ferrea. Et cū relicta sibi hūani cordis du-  
ricia ad vocū exaudiri non meret. anxietas  
desideratis negari sibi existimat quod quod dis-  
fertur. Nescio an ipaz iebennā experiri ad  
tempus horribilē penalius ve dicatur. quod per  
spūalis studiū gustatā suavitatem exire de-  
nuo ad illecebras et molestias carnis. Ta-  
les ergo crucifixi et si non ferro sanguinem fun-  
dāt. petri tū corpali martyrio adequantur.

**Sermo XVIII**

**De sancto Bathia.**  
**Hic cecidit su-**  
per Bathiā. **Actuū. i.** Salo-  
mon ex persona dei dicit. Beatus  
bomo qui audit me et qui vigilat ad fores me-

as quotidie. et obsequat ad postes ostij mei.  
In quibus vobis subtilissime describitur di-  
monitio quod forte sue comonitionis super nos  
proicit ut quisque audiat vigilet et obsequat.  
Qui enim has tres custodes ad ostium cordis  
sui posuerit. scilicet audientiam. vigilantiā et obser-  
uantiam. quantumcumque furtive venerit non pote-  
rit ignorare. De hac diligenti custodia dicit  
**Bern.** Veniens ad nos non facile obsequatur  
unde veniat aut quod vadat. ac istud forte sine  
dāno salutis. licet quoniam veniat aut quoniam vadat.  
illud plane piculossissime quoniam ignoratur.  
Quoniam autem hec tria ut super. non obsequatur sic ut  
nec absenti desideres et languere incipiunt et be-  
mētē. ideo recedit ut audiat quod querat. quod non adesse  
rescitur. et dignatur ad hō redit ut soleat. et.  
Dicit et quod qui forte dei vocatū preperit.  
iō dānādus est. quod nec pūtia eius nec absen-  
tia eius curauerit. propter quod tales cenā dñi non  
gustabunt. auerret se ab illis tāquam reproba-  
tis. et auertens se ab electos. forte sue voca-  
tionis super eos proicit. quod pulsantes audiūt.  
et intromittūt. Sicque pringit ut vno eodē  
quod modo dulcissimo monere. alij indurent  
ut pereāt. alij emendent ut saluent. sicut de  
sole vno et eodē alie res mollescunt ut cera.  
alie indurescunt ut lutū. Si ergo pulsans a  
reprobis non audiat. dicit eis. Amē dico vo-  
bis. nescio vos. Intromissus autem ab electis  
statim in medio est terre salutis et incipit opa-  
ri salutē hoīs. id est dat gratiam suā ei quē inhabi-  
tat. Et gratia em̄ adiunāte et consensu se inclinā-  
te perficit salutē. Iuxta illud **Apoca. iij.** Ego  
sto ad ostiū et pulso. Si quis mihi aperuerit  
introiabo ad eū. et cenabo cum eo. Ubi duo  
rāgunē. scilicet gratia pulsans et consensus aperiens.  
Intrat quod intromissus. scilicet ecclie non inhabi-  
tat. Legit em̄ in euāgelio quod aliqui occulte.  
aliqui manifeste erat in templo. Sic occulte  
inhabitāt nos per fidē. Tūc autē hō bonis opibus  
et virtutibus fuerit exercitatus in corde suo per ve-  
hementē ignē caritatis. Tūc iam non solum  
sicut puer panis inuolūtus per fidem iacet in  
psepio cordis nostri. Sed quod denudatus ha-  
betur manifeste in cruce per caritatem affectus  
incensum. Intromissus ergo per consensus inclinatio-  
ne animā nostrā perficiendo in nobis quoniam pas-  
sibus tāquam quoniam perfectibus nos. promouet ut quod  
ad perfectū perficiens vitā nostrā. Primo puri-  
tati purificat. penitentiā infundendo. Se-  
cundo mentē fortificat resistentiā preterendo.  
**Tertio** bona opera multiplicat. nobiscum



## De sancto Bathia

efficaciter opando. Quarto virtutes edifi-  
cat. aiam coronado. Quinto nos sanctificat  
sive pfectificat deuotione nostraz diuinit?  
aspirado. Et his pfectibz pfiat vita beata.  
**P**rimo dico qd pscientiaz purificat  
a fedis peccatis pntiam infundendo. eo qd  
nulla puenientia siue comasio pot esse lucis  
ad tenebras. diuine maiestatis z nfe iniq/  
tatis. Statim g vt ingressus fuerit p radi  
os sue diuinitatis impingit in tenebras. et  
dissoluit z dissipat in mometo z in ictu oca-  
li quicqd inuenerit fedicitatis. Qd sic cotin-  
gat. Na ad lumen sue pntie no pot ania ma-  
la q comisit ignorare. sed statim vt cognita  
fuerint displicet vehemeter. q aut displicet  
penitet comisisse. Sic ex dei pntia surgit  
anie cognitio. z ex cognitioe pcedit displi-  
centia. z ex illa pnia. Quia vt ait **Tris.** seq-  
tur pctoz remissio. No em se poterit ptime-  
re illa benigna dulcedo z dulcis benigni-  
tas q est in visceribz misericordie dei nri cum ex  
corde nos penitere et dolere cognoscit qn  
ad gemitu nrm. offensam i se commissam mi-  
sericordit indulget. Sed qd pdest peni-  
tere de culpa si non dat anie gra ptinendi.  
Tanti pedes meos ait sponsa in Lanticis.  
quo itez inq nabo illos. **B**idcirco se-  
cudo dei pntia mentē fortificat. resistētiāz  
pferendo. Hodie em pdest pma gra. scz  
remissio pctoz. si no subrogat virtus z gra  
ptinēdi. fieret em sine dubio error nouissi-  
mus peior poti. z recidivati fm aliqd pe-  
fieret qz iacenti. Sed quia hec gra ex pte a  
nobis est. vt videlicet occasione recidivati  
nobis subtraham. **N**o sultit nob ecēs. r.  
Si spūs pntē hntis ascēderit sup te. locū  
tū ne dimiseris. ac si di. Si valida tēpta-  
tio inuaserit te. tiore ne pntēser. eligēs ma-  
gis vti q mori. Efficacior aut z cautior re-  
sistentia est. vt cuilibet impugnatōi in p-  
cipio resistam. vt vicia impugnatia dicere  
possint illud. **Re. xii.** Quō meli poterit  
placare dñm suū qz in capibz nris. Quia  
vicia in modū serpentū se habent. q vbi cū-  
qz caput inferunt facillime sequit totū cor-  
pus. Ergo pncipiū obsta. Quia valde fe-  
dum z indecēs est corā deo si quis p grām  
emūdatū a peccatū ad lutū redeat iterum  
spurcijs pti se deformas. Tales em imū-  
dissimis feris cōparant. scz canī q redit ad  
vomitu. z sui lote in volutabro luti. vt pa-  
ret. **Prover. xvi. z ij. Petri. ij. cap. Ideo**

**Bernard.** Si dixerit mihi iesus. Dimite/  
tunc tibi peccata tua. z ego peccare nō desi-  
no. Quid pderit exui tunica si reinduo. qd  
diceret. nō pdest sed plus nocet. Deniqz q  
me saluūz fecit ipm mihi dixisse recordor.  
Ecce sanus factus es. iam noli peccare ne  
deteri tibi cōtingat. **T**ertio inhabitās  
in corde nostro bona nra multiplicat nobis  
cooperado. Na si soli ipa faceremus nihil  
nobis pderunt ad salutē. sed valor z acce-  
prabilitas eozū ex operante spū estimatur.  
Spū em sanct? grata facit ea deo patri  
z format ipa ad exemplar operū dñi nostri  
Jesu christi. Opera autē xpi quinqz signis  
pfectissime cōprobant. In quibz qntū ipm  
imitabimur. tanto deo magis erunt acce-  
pra. Habebāt autē opa christi difficultatē.  
promptā voluntatē. feruentē caritatē. pfe-  
uerantem longanimitatē. Et faciens om-  
nia nō ad suā sed ad nostrā vtilitatē. **De p-**  
mo q opa christi habebāt difficultatē dici-  
tur **Marci. viij.** Cepit iesus pauere z tede-  
re. z meli esse. Et dixit. Tristis ē aia mea  
vsqz ad mortē. Et **Luce. xxi.** dixit. Factus  
in agonia plūtius orabat. et fact? est sudor  
eius tanqz gutte sanguinis decurrentis in  
terrā. Qd reuera ex difficultate pconcepte  
mortis fuit. z ex imaginatioe crudelissime  
passionis. Secūdo cū promptissima volū-  
tate fecit opa sua **Luce. xxij.** Desiderio de-  
sideraui hoc pascha māducare vobiscum.  
**Ad Hebrēos. xij.** Per patientiā curram?  
ad ppositum nobis certantē aspicientes in  
auctorem fidei z psummatore Jesum q p-  
posito sibi gaudio sustinuit crucē pfusionē  
p rempra. Tertio ex feruētī caritate fecit o-  
pera sua **Jobis. xv.** Datorē caritatez ne-  
mo habet vt animā suā ponat quis p ami-  
cis suis. qd di. quā z ego etiā p inimicis po-  
no zc. Quarto ex pferuētī longanimita-  
te christ? fecit opera sua. Quia viu? de cru-  
ce non descendit. sed constans pmanit vs-  
qz emitteret spirituz. Quinto in omibz his  
nō quesuit quod sibi vrile esset. sed qd no-  
bis omnibz cederet ad salutē. **Dis** quinqz  
modis christ? iesus existens in hoc mūdo  
opera sua pfectit nobis in exemplū. Si er-  
go volumus facere opera deo accepta de-  
bemus facere opa difficilia. volūtariāz fer-  
uida. et cum constanti pferuētīa. et in his  
omnibz non nostrā vtilitatē sed dei gloriā  
querere debem? z sic efficaciter opremur.



**Q**uarto deus inhabitat in nobis  
 ulterius progreditur plantans et edificans in  
 nobis virtutes. Nihil enim omnia predicta pla-  
 cerent deo si non essent virtutibus adornata.  
 Sicut dicit Bernardus. Deo qui virtutum dominus  
 est. nequaquam cordis nisi thalamum ingreditur.  
 si non fuerit lectulus cordis virtutibus adorna-  
 tus. Et subdit. Quantumcumque te affligas.  
 quantumcumque te crucies. non sui copiam tibi tri-  
 buit nisi fueris virtutibus adornatus. Debe-  
 mus esse ornati. precipue tribus virtutibus the-  
 ologicis. scilicet fide. spe et caritate. tandem etiam  
 iudicio. misericordia et iusticia. de quo Michae-  
 ys. Indicabo tibi o homo quod sit bonum. et  
 quid dominus requirat a te. Utique facere iudi-  
 cium et diligere misericordiam. et sollicitum ambula-  
 re cum deo tuo. Primum exhibendum est nobis.  
 Secundum primo. Tertium deo. Primum ergo  
 instauramus iudicium contra nosmetipsos de om-  
 nibus cogitationibus. affectionibus. locutionibus.  
 et operationibus malis nos subtilissime diui-  
 dicantes. nec aliquis istorum nos transeat quod  
 non discutiatur et diiudicetur. Et si quod inuentum  
 fuerit quod non liceat decessat vel expeditur pu-  
 niatur. et in reliquum corrigatur. Tale iudicium  
 supra modum placet deo et parat locum deo.  
 Secundum. Iusticia et iudicium paratio sedis eius  
 Illud autem iudicium non nisi propter nos a nobis  
 erigit. Quia si nosmetipsos diiudicaremus.  
 non videremur iudicari dicit Apostolus. Secun-  
 do habeamus misericordiam ad primos. bona  
 eorum opera magnificantes et mala fideliter ex-  
 cusantes. Hinc Bernardus. Laqueus fuit dei alie-  
 ne perversitatis esse aut curiosus explorator  
 aut temerarius iudex. et si propter rem con-  
 prehendis commisisse. nec sic proximum iudi-  
 ces. magis autem excusa intentionem. si opus ex-  
 cusare non potes. puta ignorantiam. puta oc-  
 casionem. puta subreptionem. Quasi omnino  
 dissimulationem rei certitudo recusat. dicitur  
 nihilominus apud te. nimis vehementer fuit  
 ista temptatio. quod de me illa fecisset si acce-  
 pisset in me potestatem. Tertio ambulandum  
 est sollicitum cum deo quod tanta sollicitudine nos  
 et omnia opera nostra intuetur ut etiam dinume-  
 ret gressus nostros Job. xiiij. Tu quod deus gres-  
 sus meos dinumerasti. sed parce peccatis me-  
 is. Domini ergo cautela et omni diligentia eius  
 debemus cauere displicentiam etc. **¶**  
 Quinto deus habitans in nobis omnem vitam  
 nostram sanctificat. interiora nostra diuinitus  
 inspirando. Quod contingit cum per priora exerci-

cia bene humiliati dispositi et parati senti-  
 mus in nobis flagrantem ignem caritatis. quod vi-  
 delicet ignis ex habundanti copia omnium gra-  
 tiarum copiosas benedictiones secum affert. ita  
 quod implet in nobis illud ex persona dei. Bene-  
 dixit tibi dominus. Hodie habuisti ante te ventrem ad te  
 nunc autem benedixit tibi deus ad introitum meum.  
 Et licet deus aduentu suo variis benedictio-  
 nibus nos replet. maxime tamen benedictione tri-  
 plici. scilicet mutationis. augmentationis et benedi-  
 ctionis. Primo affert secum benedictionem  
 mutationis. mutat maledictionem veteris bo-  
 minis in benedictionem. Nam ante te venit do-  
 minus ad nos illi subiactum maledictionis.  
 de quo dicitur in Psalmo. Maledicti qui declinant a  
 mandatis tuis. Et iterum Ecce. Maledictus  
 qui seruit indignis se. Et quod seruimus  
 mancipio corporis nostri. quod reuera indignum et  
 ignobilis est quod nos. et persequens seruimus  
 diabolo et peccato. de quo dicitur Iobis. xviij. Qui  
 facit peccatum seruus est peccati. Et sic ex his om-  
 nibus fuimus maledicti. et hec maledictio mu-  
 tata est in benedictionem. ex cuius virtute omnia  
 in nobis cooperantur in bonum. Secundo portat  
 secum benedictionem augmentatam cumulatam  
 super nos meritum implet in nobis illud Be-  
 neficium. Benedixit illis deus. et ait. Crescite et mul-  
 tiplicamini. Et si benedictionem dicat. Crescite.  
 scilicet in meritis. et replere terram. corporis vestri  
 virtutibus merita cumulatam. Tertio benedi-  
 ctio nos benedictione sanctitatis vel sanctifica-  
 tionis. quod ex eius benedictione intus et extra per  
 omnia sanctificamur. Unde in Psalmo. Sic accipiet  
 benedictionem a domino. et misericordiam a deo salu-  
 tari suo. Et hanc nobis prester etc.

De sancto Gregorio.  
 Sermo XIX.

### Negociamini domino

**I**n venio. Scribitur Luce. xij. et legi-  
 tur ad honorem beati Gregorii in  
 festo bodierno. Ipse enim est inter supremos  
 negotiatores fidelis et prudens negotiator.  
 Qui non solum in tempore suo. sed et in vita  
 sua. verbo et exemplo negotia domini fideliter  
 pegit. sed usque ad finem seculi vel ad dies no-  
 uissimum scriptis suis dulcissimis auribus et la-  
 pidibus preciosos ad edificationem ecclesie non ces-  
 sat copiorare. ita quod de eo verificari poterit  
 illud Zachariae. Non erit ultra mercator in  
 domo domini. scilicet filius illi. Et ecce. Non est  
 inuentus similis illi. scilicet in doctrina veritatis.